tamen [illegible] laborem. Sed placet alicui replicare
et dicere textus iuris sonat de hiis qui abdicaue
runt [illegible]te. ego [illegible] nichil
[illegible] abdicando. Respondeo quod illi motiuo est prouisum
quia in casu quo etiam intencionem habuisses quod velles seruare
proprium et explicite seu expresse posuisses quod velles
retinere nichil tibi prodesset quia dicit ordinarius glo
sator in capitulo monachi preallegato quod condicio frangatur
et remanebit monachus si quod tali condicione esset pro
fessus. etiam probatur per textum iuris de condicionibus appositis
capitulo quicumque. et sic patet quod nec proprium licere habere monacho
nec peculium quod vnum sit. Et ideo quia vnum sit nec augustinus
nec benedictus in suis regulis faciunt aliquam differentiam
nec de rei quantitate nec etiam qualitate. Nam ex ea que mona
chum de necessitate oportet habere possunt verti in proprium si tenentur
per illicitum vsum sicut clarius postea ostenditur. Sed hic
sciendum quod non tantum non licet proprium habere quia papa prohibuit. quia
si etiam non prohiberet non tamen liceret, sed ideo prohibuit. quia
non licet cum sit viciosum. et ne aliquis qui ex ignorancia
tangere presumeret quod non liceret. et forte amor regule
non prohiberet saltem mandatum reuocaret. Recte sicut
pater prohibet filium accedere ad ignem et tangere car
bonem. non quod illud preceptum donet maliciam igni vitando
sed quia vereret. ideo filium prohibuit. Nunc vero hiis
habitis accipiam quoddam capitulum. quod non solum ad illos qui
hanc regulam seruant scribitur. sed pro forma vite ad
omnem religiosam personam declaratur quia ipse declarat
ibi quomodo monachi debent viuere. et quia fratres sue pro
fessionis sunt ex monachi. ideo ipsis hanc formam
scribit. et sicut hic nominat abbatem. sic etiam